

Title Page

Title: Novum Jesu-Christi Testamentum/1

Author: Sailer, Johann Michael

Authority: NA

External ID: ubr19784

Description: ubr19784 // BV002408750 // 9995/A.Kap. 218-1

Scripttype: NORMAL


Language: Latin


Number of Pages in whole Document: 22

Export Settings:

Images with text layer / Extra pages for transcribed text are added / Sensible data is shown if existent / No tags shown in export

Editorial Declaration:









Alte Kapelle
Regensburg


A. Kap.

218

1









Biblia, Cat., NT]

NOVUM

BN

JESU-CHRISTI

TESTAMENTUM,

ad Exemplar Vaticanum accurate revisum.

PARS PRIMA.

CONTINENS

QUATUOR EVANGELIA

ET

ACTUS APOSTOLORUM.

MONACHII

SUMPTIBUS JOANN. BAPT. STROBL.

M. DCC. LXXXVIII.

NOVUM

JESU-CHRISTI

TESTAMENTUM,

ad Exemplar Vaticanum accurate revisum.

PARS PRIMA.

CONTINENS

QUATUOR EVANGELIA

ET

ACTUS APOSTOLORUM.

MONACHII

SUMPTIBUS JOANN. BAPT. STORBL.

M. DCC. LXXXVIII.

Alte Kapelle
Regensburg

Weber
ganz davon
wolff Spindl



PRAEFATIO.

Dicitur etierunt a me non pauci, idque pluribus jam abhinc annis, ut Bibliorum, novi cum primis Testamenti, exemplaria, typis elegantioribus ad commodiores usus excusa, mea ipsis opera compararentur.

Cum vero, quae equidem conquerere potui, petentium numero haud sufficerent, dudum id mihi in votis fuerat, ut novi saltem Testamenti nova in Germania editio adornaretur.

Atque huic jam voto ipsa, quam Lector manibus versas, editione hac

PRAEFATIO.

Petierunt a me non pauci, idque pluribus jam abhinc annis, ut Bibliorum, novi cum primis Testamtenti, exemplaria, typis elegantioribus ad commodiores usus excusa, mea ipsis opera comparentur.

Cum vero, quae equidem conquirere potui, petentium numero haud sufficerent, dudum id mihi in votis fuerat, ut novi saltem Testamenti nova in Germania editio adornaretur.

Atque huic jam voto ipsa, quam Lector manibus versas, editione hac

satisfactum autumo; cui, quae quidem optima occurunt, paucis praefari liceat.

Regularum omnium, quibus sacra-
rum literarum studium dirigitur, sum-
mam, ac totius sanioris hermeneuticae
quintam, quam dicunt, essentiam in
ea mihi regula videre video, quam
auctor immortalis libelli de imitatione
Christi hisce verbis concepit:

*,,Omnis scriptura sacra eo spiritu legi
debet, quo facta est.*

Hac enim intellecta, ac perspecta
penitus regula, intelligitur, ac perspi-
citur, primum, nec venustatem sermonis,
nec sublimitatem, sed solam veritatem esse
quaerendam. Namque uti Verbum divi-
num, divinae naturae radios, quibus
ferendis oculus noster fuerat impar, na-
turae humanae veluti umbra abscondit;
atque ita, ut homo cum hominibus,
ut frater cum fratribus in terris verfa-

IV

satisfactum automo; cui, quae quidem
optima occurunt, paucis praefari liceat.

Regularum omnium, quibus sacra-
rum literarum studium dirigitur, sum-
mam, ac totius sanioris hermeneuticae
quintam, quam dicunt, essentiam in
ea mihi regula videre videor, quam
auctor immortalis libelli de imitatione
Christi hisce verbis concepit:

*,,Omnis scriptura sacra eo spiritu legi
,,debet, quo facta est.*

Hac enim intellecta, ac perspecta
penitus regula, intelligitur, ac perspi-
citur, *primum, nec venustatem sermonis,*
nec sublimitatem, sed solam veritatem esse
quaerendam. Namque uti Verbum divi-
num, divinae naturae radios, quibus
ferendis oculus noster fuerat impar, na-
turae humanae veluti umbra abscondit;
atque ita, ut homo cum hominibus,
ut frater cum fratribus in terris versa-

batur: sic idem Patris Verbum, cum, divinae sapientiae consilia ut literarum ad nos beneficio pervenirent, clementer providisset; linguae minus cultae amiculum ultro sumfisse videtur, ut ruidores quoque eo minus a se se absterret.

Tum porro intellecta hac regula perspicitur, eam duntaxat in sacris literis veritatem esse quaerendam, quae ad felicitatem potius humani generis provehendam, quam ad legentis curiositatem excusatrandam quidquam conferre posse. Atque ex eo ingentem errorum turbam profectam esse judico, quod ex sacris literis responsa peterentur, de quibus ne quaerere quidem hominum saluti multo fuisse consultius videatur.

Intellecta dein hac regula, perspicitur, quo quisque animo ad legendas sacras literas debeat accedere, si quidem hoc

batur: sic idem Patris Verbum, cum,
divinae sapientiae consilia ut literarum
ad nos beneficio pervenirent, clemen-
ter providisset; linguae minus cultae
amiculum ultro sumsisse videtur, ut ru-
diores quoque eo minus a se se abster-
reret.

Tum porro intellecta hac regula per-
spicitur, eam duntaxat in sacris literis ve-
ritatem esse quaerendam, quae ad felicita-
tem potius humani generis provehendam,
quam ad legentis curiositatem exsaturan-
dam quidquam conferre possit. Atque ex
eo ingentem errorum turbam profectam
esse judico, quod ex sacris literis re-
sponsa peterentur, de quibus ne quae-
rere quidem hominum saluti multo fu-
isse consultius videatur.

Intellecta *dein* hac regula, perspi-
citur, *quo quisque animo ad legendas sa-*
cras literas debeat accedere, si quidem hac

ex lectione id emolumenti, quod in illum redundare possit, haurire cupiat.

Docilis fit oportet legentis animus; qui enim eruditio rem sese existimat, quam ut porro erudiri queat, qui que praejudicatis opinionibus suis sacras scripturas accommodare, quam easdem ad sacrarum literarum normam examinare, & sicubi opus, corrigere malit, is vero plane ignorat, quo animo legi sacra scriptura debeat, nec fieri potest, ut quidquam rite intelligat. Quemadmodum enim male quis caecum aliquem a sole illuminari posse speraret, quem oculis, quibus lucem excipiat, omnino destitutum cerneret: sic mentem, quae vel facultate tuendi careat, vel desiderio, inepte sacrarum literarum lumen illustrari posse contendet.

Sit praeterea modestus legentis animus, neque viri literati nomen affectet, nec

VI

ex lectione id emolumenti, quod in
illum redundare possit, haurire cupiat.

Docilis sit oportet legentis animus; qui
enim eruditio rem sese existimat, quam
ut porro erudiri queat, quique pree-
judicatis opinionibus suis sacras scriptu-
ras accommodare, quam easdem ad sa-
crarum literarum normam examinare,
& ficubi opus, corrigere malit, is ve-
ro plane ignorat, quo animo legi sa-
cra scriptura debeat, nec fieri potest,
ut quidquam rite intelligat. Quemad-
modum enim male quis caecum aliquem
a sole illuminari posse speraret, quem
oculis, quibus lucem excipiat, omni-
no destitutum cerneret: sic mentem,
quae vel facultate tuendi careat, vel
desiderio, inepte sacrarum literarum
lumine illustrari posse contendet.

Sit praeterea modestus legentis animus,
neque viri literati nomen affectet, nec

encomiorum ventos aucupetur ; qua quidem animi affectione doctissimos quosque a Christo fieri alienissimos manifesto illo Domini nostri effato edoce- mur, quo ait, ad regnum coelorum perveniri haud posse, nisi ab iis, quos veri videndi studium , ab omni fese ostentandi prurigine vacuos, *parvulis- que similes* reddiderit.

Sit ad haec legentis animus recti tenax,
& ad exequendam divinam voluntatem
promptus , paratissimusque ; haec etenim
via ad veritatis certam cognitionem a
Christo ipso certissima designatur. Mea,
inquit, doctrina , non est mea , sed ejus,
qui misit me : Si quis voluerit voluntatem
ejus facere , cognoscet de doctrina , utrum
ex Deo sit , an ego a me ipso loquar.

Quare caueas necesse est , ne vitae tuae ratio , ab illa discrepet omnino , quam in Christo admiramus , siquidem

encomiorum ventos aucupetur; qua
quidem animi affectione doctissimos
quosque a Christo fieri alienissimos ma-
nifesto illo Domini nostri effato edoce-
mur, quo ait, ad regnum coelorum
perveniri haud posse, nisi ab iis, quos
veri videndi studium, ab omni sese
ostentandi prurigine vacuos, *parvulis-*
que similes reddiderit.

Sit ad haec legentis animus recti tenax,
& ad exequendam divinam voluntatem
promptus, paratissimusque; haec etenim
via ad veritatis certam cognitionem a
Christo ipso certissima designatur. *Mea,*
inquit, doctrina, non est mea, sed ejus,
qui misit me: Si quis voluerit voluntatem
ejus facere, cognoscet de doctrina, utrum
ex Deo sit, an ego a me ipso loquar.

Quare caueas necesse est, ne vitae
tuae ratio, ab illa discrepet omnino,
quam in Christo admiramus, siquidem

oracula Christi, Dei veri esse oracula
tibi cupias persuaderi.

Labores necesse est, uti talis sis,
qualem te purissima haec philosophia fie-
ri jubet; si quidem illius vim atque po-
testatem perspicere, non inani verbo-
rum sono adhaerere desideres.

Ex quo porro sequitur,

*Legentis animum ab omni rixandi li-
bidine, ab omni partium, sebarumque stu-
dio immunem esse debere.* Non enim
ideo conscripta sunt Evangelia, ut ha-
berent scholae, quo ingenii acumen,
& disputandi dexteritatem exercent,
perficerentque; sed ideo folum, ne ve-
ritati documentum, omni exceptione
majus, ne pietati nutrimentum unquam
deesse possit.

*Animus legentis in perscrutandis sa-
cris literis id maxime, vel si mavis, id*

VIII

oracula Christi, Dei veri esse oracula
tibi cupias persuaderi.

Labores necesse est, uti talis sis,
qualem te purissima haec philosophia fie-
ri jubet; si quidem illius vim atque po-
testatem perspicere, non inani verbo-
rum sono adhaerere desideres.

Ex quo porro sequitur,

*Legentis animum ab omni rixandi li-
bidine, ab omni partium, sectarumque stu-
dio immunem esse debere.* Non enim
ideo conscripta sunt Evangelia, ut ha-
berent scholae, quo ingenii acumen,
& disputandi dexteritatem exercent,
perficerentque; sed ideo solum, ne ve-
ritati documentum, omni exceptione
majus, ne pietati nutrimentum unquam
deesse possit.

*Animus legentis in perscrutandis sa-
cris literis id maxime, vel si mavis, id*

unum quaerat, ut, singulis paginis perlectis, amor erga DEUM, atque Proximum nova inde incrementa capiat. Verissimum illud Augustini assertum, dignissimum, quod memori mente reponamus, & cui in perlegendis sacris literis omne studium accommodemus :

„Omnium igitur, quae dicta sunt,
 „inquit, ex quo de rebus tractamus,
 „haec summa est, ut intelligatur, legis,
 „& omnium divinarum scripturarum plenitudo & finis esse dilectio rei, qua fruendum est, & rei,
 „quae nobiscum ea re frui potest. De
 „Doctr. Christ. L. I. XXXV.

„Quisquis igitur scripturas divinas, vel quamlibet earum partem intellexisse sibi videtur, ita, ut eo intellectus non aedificet eam geminam caritatem DEI, & Proximi, — nondum intellexit. XXXVI.

unum quaerat, ut, singulis paginis perlectis, amor erga DEUM, atque Proximum nova inde incrementa capiat. Verissimum illud Augustini assertum, dignissimum, quod memori mente reponamus, & cui in perlegendis sacris literis omne studium accommodemus:

,,Omnium igitur, quae dicta sunt,
 „inquit, ex quo de rebus tractamus,
 „haec summa est, ut intelligatur, legis, & omnium divinarum scripturarum plenitudo & finis esse dilectionis, & fruendum est, & rei,
 „quae nobiscum ea re frui potest. De

„Doctr. Christ. L. I. XXXV.

,,Quisquis igitur scripturas divisiones, vel quamlibet earum partem intellexisse sibi videtur, ita, ut eo intellectu non aedificet eam geminam caritatem DEI, & Proximi, — nondum intellexit. XXXVI.

Quae ne quis pietatis plus, quam soliditatis habere putet, utque intelligat, rationum quoque, atque auctoritatis pondera in eadem lance collocata, perpendat quaeſo, illum ipsum, qui DEI hominumque caritatem, legis, Prophetarumque esse finem statuit, eo ipso velle, ut, quem ſibi DEUS in constituenta lege, mittendisque Prophetis finem praefigat, eundem & nobis praefixum intelligamus. Quis vero is finis fit, nota ſatis extat apud Matthaeum XXII, 37 - 40 declaratio.

Intellecta denique, ac perspecta hac regula, illud quoque intelligitur, ac perspicitur, neminem ad sacram codicem pervoluendum accedere debere, niſi piis ad DEUM precibus præparatum; quod idem, divus Jacobus monet: „ſiquis autem vestrum indiget sapientia, poſtulet a DEO; Christus ipſe promiſſione facta ad id nos invitat: Quanto magis Pater

X

Quae ne quis pietatis plus, quam solituditatis habere putet, utque intelligat, rationum quoque, atque auctoriatis pondera in eadem lance collocata, perpendat quaeso, illum ipsum, qui DEI hominumque caritatem, legis, Prophatarumque esse finem statuit, eo ipso vel le, ut, quem sibi DEUS in constituenta lege, mittendisque Prophetis finem praefigat, eundem & nobis praefixum intelligamus. Quis vero is finis sit, nota satis extat apud Matthaeum XXII, 37 - 40 declaratio.

Intellecta *denique*, ac perspecta hac regula, illud quoque intelligitur, ac perspicitur, *neminem ad sacrum codicem pervoluendum accedere debere, nisi prius ad DEUM precibus praeparatum*; quod idem, divus Jacobus monet: „*siquis autem vestrum indiget sapientia, postulet a DEO*; Christus ipse promissione facta ad id nos invitat: *Quanto magis Pater*

vester de coelo dabit spiritum bonum petentibus se; fana quoque ratio, quae nobis inest, eo nos incitat: verissimum enim agnoscit, fieri non posse, ut cœlestia capiamus, terreni cum simus, nisi superno lumine illustrati.

Supererat, ut, quibus imbuti praeliminari bus notitiis, ad novi Testamenti lectionem accedere debeamus, paucis exponerem; sed hoc unum dixisse sufficiat: praevias notitias eas solum, eoque fine afferri debere, ut penitus intelligamus, quo libri sacri spiritu sint scripti, utque eo, quo sunt scripti spiritu, solertius legamus.

Ex quo ipso confirmatur, regulam datam omnium revera summam esse.

Neque tamen inde, quod animi do tes, ad scrutandum Evangelium neces fariae, primo loco commendentur rite quis concludat, quasi idiota quilibet ad contempnendas scientias, arrogandamque

vester de coelo dabit spiritum bonum petentibus se; sana quoque ratio, quae nobis inest, eo nos incitat: verissimum enim agnoscit, fieri non posse, ut coelestia capiamus, terreni cum simus, nisi superno lumine illustrati.

Supererat, ut, quibus imbuti praeliminariibus notitiis, ad novi Testamenti lectionem accedere debeamus, paucis exponerem; fed hoc unum dixisse sufficientiat: praevias notitias eas solum, eoque fine afferri debere, ut penitus intelligamus, quo libri sacri spiritu sint scripti, utque eo, quo sunt scripti spiritu, solertius legamus.

Ex quo ipso confirmatur, regulam datam omnium revera summam esse.

Neque tamen inde, quod animi do tes, ad scrutandum Evngelium necessariae, primo loco commendentur rite quis concludat, quasi idiota quilibet ad contemnendas scientias, arrogandamque

sibi prae doctoribus ecclesiasticis plenioram scripturae sacrae intelligentiam incitetur; a quo optimus quisque non minus abhorret quam a splendidis illis mendaciis, quae de subsidiariis scientiis tanto strepitu praedicantur, non aliter, ac si de ipsa rei substantia ageretur; quam in rem praecipue quidam dixit:
Habet humana sapientia supercilium suum; sed habet idiotarum inscitia, non minus arrogans supercilium.

Eum vero, quem veritas imbuere amat, ab omni supercilio, cum humanae sapientiae, tum etiam humanae inscitiae purum esse oportet.

Vale Lector benevole, & ut melior in dies evadas, solerter cura, certus, quod & sapientior eadem opera sis futurus.

Scripsit Dillingae. An. MDCCCLXXXVIII
d. xi. May.

I. M. SAILER.
Prof. p.o.

SAN-

XII

sibi prae doctoribus ecclesiasticis plenior
rem scripturae sacrae intelligentiam in-
citetur; a quo optimus quisque non
minus abhorret quam a splendidis illis
mendaciis, quae de subsidiariis scientiis
tanto strepitu praedicantur, non aliter,
ac si de ipsa rei substantia ageretur;
quam in rem paeclare quidam dixit:
*Habet humana sapientia supercilium su-
um; sed habet idiotarum inscitia, non mi-
nus arrogans supercilium.*

Eum vero, quem veritas imbuere
amat, ab omni superilio, cum huma-
nae sapientiae, tum etiam humanae in-
scitiae purum esse oportet.


Vale Lector benevole, & ut melior
in dies evadas, solerter cura, certus, quod
& sapientior eadem opera fis futurus.

Scripsit Dillingae. An. MDCCCLXXXVIII
d. XI. May.

I. M. SAILER.

Prof. p. o.

SAN.





Universität Regensburg

		Inches	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20
		Centimetres	2.5	5.0	7.5	10.0	12.5	15.0	17.5	20.0	22.5	25.0	27.5	30.0	32.5	35.0	37.5	40.0	42.5	45.0	47.5	50.0
TIFFEN® Color Control Patches		© The Tiffen Company, 2007																				
Blue	Cyan	Green	Yellow	Red	Magenta	White	3/Color	Black														

IX

unum quaerat, ut, singulis paginis perlectis, amor erga DEUM, atque Proximum nova inde incrementa capiat. Verissimum illud Augustini assertum, dignissimum, quod memori mente reponamus, & cui in perlegendis sacris literis omne studium accommodemus:

„Omnium igitur, quae dicta sunt,
„inquit, ex quo de rebus trattamus,
„haec summa est, ut intelligatur, legis,
„& omnium divinarum scripturarum
„plenitudo & finis esse dilectio rei,
„qua fruendum est, & rei,
„quae nobiscum ea re frui potest. De
„Doctr. Christ. L. I. XXXV.

„Quisquis igitur scripturas divinas, vel quamlibet earum partem
„intellexisse sibi videtur, ita, ut eo
„intellectu non aedificet eam geminam caritatem DEI, & Proximi,
„nondum intellexit. XXXVI.

